



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-597030-p0002-0

DFG

12935.

31.

45

DE O DUCE 1613. 2.
DISPUTATIO JURIDICA
de
FEUDORUM ACTIO-
NIBUS: FORO COMPETENTE: ET
FORMA PROCESSUS.
Quam,
In Electorali Academiâ VVittebergensi
PRÆSIDE
VVOLFGANGO HIRSCH-
BACHIO J.U.D. CODICIS PRO-
fessore ordinario, Juridici Collegij
p.t. Decano,
Publicè ventilandam proponit
JOANNES LEUBER GORSLEBIO TYRIG.
In ICTORUM Auditorio
Ad diem 23. Maij.

VVITTEBERGÆ
Typis Joannis Gormanni
M. DC. XII.

*Præstantissimo Dno Gottfrido Reitter amico suo colendo
hasce theses mittit anchor, cænveni ad opponendum
in vitat.*

Stirpe - Mente

ILLUSTRIBUS GENEROSIS

Dominis

D. GUNTHERO

D. ANTONIO HENRICO

D. JOANNI GUNTHERO

D. CHRISTIANO GUNTHERO

Fratribus Germanis

SACRI ROMAN. IMPER. QUATUOR.

VIRIS COMITIBVS IN SCHWARTZBURG

ET HONSTEIN

Dominis Arnstadij, Sondershusæ, Leutenbergæ,

Lohræ, Clettenburgi, &c.

Dominis suis clementissimis.

Iam diu est, Illustres ac Generosi Comites &c. Domini clementissimi, cum ad erigendum tesseram quandam gratianimi animus me impulit: Caussarum abunde suggerere beneficia, quæ IIII. gggg. VVVV. tūm in parentem meum optimum

quem jam permensum tempora vīe

Secreti pars orbis habet munduq; piorum,
tūm in me ipsum contulere. Quorun omnium mentiōnem honorificentissimam siccō si pede præterirem, qui me non sinistrā notā aut stigmate dignum judicaret, extitus esset nemo. Quippē tempus jam effluxit penè longum, quo IIII. gggg. VVVV. sui favoris aurā / ut supersedeam commemoratione beneficiorum parenti p. m. exhibitorum) me ad Pallados arcem adspicantem non recrearunt


modò; sed etiam, ut studiosus in cæpto currículo pergeret, impulerunt: Et quemadmodum viatori, quem viribus omnibus exuerunt viæ tædia & solis intolerabilis æstus, animam & alacritatem restituere solet arboris frondosæ opacitas; haud secus rami beneficentiae IIII. Gggg. Vvvv. adversus æstum inopiæ molestissimum, in Parnassum cogitanti mihi, subsidium tulere acceptissimum & fructus Hesperidum mala longè antecellentes lato ubere suppeditavere. Imò quid perstringendo beneficia in altum ducor? Ceterè non Quintilianus quispiam Rhetor, aut Demosthenes Atheniensis singula illa dignis verborum laudibus, ac probè tornato encomio assequi posset. Itaq; in ære isto manere & immori me debere sentiens, ad ingenium bonorum animi ac sanguinis debitorum me converto, qui confessionem, cum non solutionem offerunt, & profiteor animo, ore, stilo: tantorum beneficiorum non me meminisse pigebit

— οὐ φέρειν εἴγως.
Σωοῖσιν μετέω, καὶ μοι φίλαγγνατ' ὄφει.
hocq; nomen in fronte legalis hujus exercitiij proscribo.
Quod dum rudi Minervâ compactū, velut syngrapham ad IIII. Gggg. Vvvv. humiliam & subjectissimam mente mitto, ut hanc nominum suorum illustrium ac generosorum inscriptionem, pro suo erga humaniores artes, artium humaniorumq; cultores, favore & clementiā, clementissimo vultu accipere, me benignè fovere, studia mea suis illustribus adminiculis fulcire, dignentur, contendō. Deum Ter. Opt. Max. pro IIII. Gggg. Vvvv. incolumi felicitate, & felici incolmitate precibus serijs ac veris sollictro & fatigo. Dabam VVitebergæ, 20. Maij anno 1612.

III. Gggg. Vvvv.

Subjectissimus

JOANNES LEUBER Thesum
auct. & Rclsp.



THESES I.

On inscritè JCtus Pomponius in L. 2, D. de Orig. Jur. in hæc erumpit verba: parum fore jus (a) in Civitate (b) esse, nisi sint, qui jura reddant, & modi existant quibus reddantur. (c) In proposito siquidem est, sibi ipsi jus dicere neminem posse: (d) sed publicâ auctoritate cum hoc consequi oportere, (e) quæ lites quam celerrimè finiri suadet. (f) Unde circa iudicium tria pensiculanda: Actiones, Personæ, Processus. Quæ singula ordine in feudalihac ἐξετάσα Laconicâ brevitate perstringemus.

(a) quod à Celso, referente Ulpiano in pr. l. i. Paulo l. ii. ff. de J. & Jur. per vocabula boni & æqui definitum, non aequitatem aliam scriptam, aliam non scriptam admittit, quæ mens est Mynsing. cent. 6. obs. 63. Robert. 3. sent. 12. Adserit enim Tessaur. decis. 226. aequitatem literarum apicibus consignatam legem fieri arg. l. 17. in pr. ff. de usur. (b) putata in totâ Repub. Românâ, quæ extrema Monarchia, non quidem pure sic dicta, sed aristocratiè temperata, rectè vocatur à Tholos. lib. 6. c. 13. Nec errant vel decipiuntur qui (ut verba habent Bodini 2. d. Repub. c. i.) Optimatum illud Imperium Monarchiam esse arbitrantur. (c) Rosenth. d. feud. c. 12. in pr. Heig. Inst. d. act. n. 2. (d) esset enim ini- quum l. i. § 2. ff. quod legat, l. qui jurisdictioni 10. ff. de juris- dict. cum ratione cå facile per fas nefasq; infirmiores à potentioribus, justitiam iniquitati sue prætexentibus opprimerentur. Niell. disp. feud. 10. in proem. (e) l. i. C. d. his qui ad Eccles. confug. l. nullus 13. C. de judæis VVesenb. in π. d. judic. (f.) l. congruit ff. de offic. præsid. l. æquissimum d. usufruct. l. fratri C. de trans- act. l. properandum C. de judic. clem. dispendiosam d. judic.

A 3

II. Et

II.

'Et ut ab Actionibus (a) partem telæ pertexamus primam, nomine feudi ex competunt tām vasallo quam Domino: (b) vasallo tūm petitoriae tum possessoriæ: illæ vel in Personam Domini, vel in rem feudalem (c).

(a) quæ æquè in Domini ac. vasalli hæredes sunt transitoria, nec resert heredum mentio fuerit facta neone c. 1. § ult. qui successor. dar. ten. arg. l. si paetum ff. de probat. l. unic. C. ut act. ab hæredib. & contra hæred. Hart. Pist. lib. 2. part. 2. q. 24. 25. & 26. Num idem in Clericis. & eorum feudis obtinet? Neutquam c. unic. qui successor. feud. dar. ten. c. unic. d. feud. dat. invicem L. commissor. c. unic. Smoribus si d. feud. defunct. Illud non expeditum est: Si successor Episcopi investientis aliquem de feudo alterius vasalli viventis, cum consensio capituli sub conditione illaz si feudum sibi fuerit apertum, an teneatur rambam habere investituram, si Episcopus ante vasallum, qui feudum poss debat, decesserit? Negativa patrocinium suscipit Fachin. 7. controv. 29. Divortium ab hoc facit Rosenth. 6. concl. 16. n. 7. Hart. Pist. d. loc. q. 27. qui in hanc sententiam Collegium Lipsiensium & Francofordiensium respondisse refert, quem putamus sequendum. In c. unic. vers. nisi ille qui-qui successor. dar. ten. duplex à Ud. adhiberi solet interpretatio: altera est gl. tit. 2. & Alvarott. in commentariis; altera ibidem Iserniæ n. 4. & seq. Priori calculum adiicit Hart. Pist. d. loco, cui & nos (b) Vult. de feud. lib. 2. c. 1. n. 9. & o. (c) c. 1. qui success. ten. c. 1. in pr. vers. rei autem de invest. d. realien. fact. Schön. lib. 2. disp. feud. 1. th. 2. lit. c.

III.

Action petitoria quæ vasallo in Personam Domini conceditur, est vel de feudo dum taxat promissio (a) secundum Constituto, vel constituto quidem, nondum autem tradito, vel etiam tradito.

(a) quæ promissio facta vel inter vivos; vel per ultimas voluntates. Vultej. 1. feud. 7. n. 14. Quid si feudi promissio nudo pacto facta? Rosenth. c. 6. concl. 4. cum demum, ait, hanc promissionem Dd. à se ibi allegatis validam videri, quando in solennem contractum istæ promissiones incident;

verum

verum se idem tenere etiam si pacto nudo facta fuerint c. i. & 2. & ibi
Dd. d. nov. oper. nunt. l. si quis argentum 35. C. d. donat. s.
aliae Inst. d. donat. idem sentit Vultej. d. loc. quod & verum
est.

IV.

De promisso nec dum constituto, secundum Contractus, per quem celebrata est promissio, naturam datur actio; puta ex stipulatu (a) Emptio (b) & similes. Quod si nulla harum actionum suppetat, Condictio ex moribus (c) accommodabitur, (d) Proinde si malit hac uti condictione quam alijs actionibus, hoc ipsi integrum erit..

(a) arg. l. inter stipulantem 83. § si rem quam ff. d. V. O. & pr. Inst. eod. Godofred. Anton. disp. feud. 13. th. 1. lit. g. (b) l. ex empto ii. in pr. ff. d. act. empt. Quod si evincitur, hac eadem actione bone fidei emptori adversus feudi venditorem succurritur c. i. § si vasallus feudum, in fin. si d. feud. defunct. controversi. Malae fidei vero emptor hoc beneficio carebit, nisi de evictione praestanda nominatum conventum sit c. i. ubi Dd. d. invest. d. re alien. fact. l. si fundum 27. C. d. evict. Imò ne tum quidem si feudum alienari prohibitum emerit c. i. vers. si quis vero d. prohib. feud. alien. per Lothar. Sed hic acriter inter se configunt FF. Sitne vasallo, in emendo feudo ultra dimidium leso succurendum remedio l. 2. C. d. rescind. vend. ? Negativam cum Schradero part. l. quæst. 3. n. 22. veram putat Niell. disp. 9. th. 3. In Affirmativam concedunt non pauci, inter quos etiam est Rosenth. c. 9. concl. 34. n. 14. cui & nos subscribimus. Et hac arrepta occasione dicimus quod L. hujus beneficium etiam rectè locum habeat aliae in permutatione. An etiam in Locatione conductione? sic sane ad hanc l. disput. 2. them. 15. sentit Dominus Arum contra Anton. Fabr. decad. 8 error 8. An etiam in contractu Emphyteutico? Non videmus quid obster. (c) quam Duaren. de feud. c. 18. n. 2. actionem ex lege vocat (d) ex quibus promissor tenetur ad feudum promissum constituendum, vel si constituisse nolit, vel non possit, ad praestandum interesse illi, cui promissio est facta, quo præstito, liberatur promissor Clar. in § feudum q. 26. n. 3. Borch. c. 9. n. 12. Myns. cent. 4. obs. 61.

V. De:

V.

De feudo Constituto nondum autem tradito, (a) condic^tio itidem ex Lege conceditur: si n^{on} verò tradita fuerit feudi possessio, sed posteà in judicio per sententiam evicta, actio (b) præscriptis verbis locum habebit.

(a) c. i. quib. mod. feud. const pot. Duar. c. 7. n. 4. (b) Borch. c. 9. n. 14. qua datur non solum adversus abusivè vel sub condicione investit entes Hart. Pistor. part. 2. q. 20. n. 26. sed & adversus ejus successorem, si ille sit Laicus c. i. § item hæres d. not. feudor. c. i. in fin. qui successor, dar. ten. Et quidem ita vasallo datur ut in vacuam feudi possessionem mittatur c. i. in fin. d. nov. form. fidelit. Vult. lib. 2. c. 1. n. 12. Nam hic investor præstando interesse non liberatur c. i. § si facta e. si d. feud. defunct. sit content. inter. dom. & agnat. Hart. Pistor. q. 2. n. 1. & 2. p. 3. Quid si Dominus amplius ejus tradendi potestatem non habeat, puta si alteri res sit tradita anne tum præstando interesse liberatur? quod putamus, in tantum, etiam si traditio sit facta reservatio jure prioris Schrad. p. 5. c. 2. n. 19. Quid si ille qui prior est possessor adeptus, sciens passu est, olim de eodem feudo investiri? quod in precedenti idem & in hac nobis perplacet questione.

VI.

Sic de Actionibus petitorij^s quā in Personam qua in Rem. Actiones possessoriæ (a) vasallo tūm adversus Dominum, tūm alium quemvis competentes, sunt interdicta tūm adipiscendæ (b) tūm retinendæ (c) possessio-
nis (d).

(a) si enim feudum dunt taxat sit promissum, nullum dari interdictum ve- rius est, quamvis Gail. 2. obseruat. 152. n. 18. contendat Dd. multos casus notare quibus transferatur possessio absq; apprehensione. Certè Mynsig. cent. 3. obs. 38. graviter hac de re fuisse disputatum scribit in causa feudalē Gendt contra Bochen, ubi tandem pro nostra sententia conclusum fuisse refert. Num consuetudo, ut possessio rerum hereditariarum ipso jure in heredem proximum transeat, valet? sic volunt Mynsing. cent. 3. obser. 39. Gail. 2. obser. 152. n. 18. & ibi allegat. Diss. Bald. in l. 1. in pr. C. de usucap. Bart. in l. si is qui col. 4. ff. cod. (b) c. i. §. inter filiam si d. feud. defunct, content. sit c. i. § si content.

contentio fuerit d. capit. qui cur. vend. Et quidem remedium ex L. ult. C. d. edict. D. Adrian. tollend. conceditur tum agnato tum filie à patre, sorori à fratre in testamento institute, ut hæmitantur in possessionem bonorum feudalium, quæ à patre vel fratre possidebantur, etiam domino vel agnatis invitatis Menoch. remed. 4. adipiscend. poss. n. 375. Interdictum Quorum honorum, quod datur filio vel agnato ab intestato venienti c. i. si d. feud. defunct. controvers. tām aduersus extraneum, quām dominum ipsum (c) potest enim vasallus interdicto uti possidetis vel similibus uti c. i. vers. si vero vasallus, de milite vasallo qui contumax est. Item interdicto quod vi aut clam, & quidem quod contra extraneum hæc possit exercere interdicta, non adeò controversum est; sed an etiam aduersus Dominum turbantem, item vi aut clam aliquid in feudo facientem, sierivè curantem? hæc sane quæstio lubrica est & in lapsu prona, quod tamen possit, certò sibi persuasum habet Dn. præses disp. feud. ult. th. 5. lit. a. (d) Nam omnia interdicta principaliter de possessione, & quasi agunt, nulla de proprietate sola pr. Inst. d. interdict. Quemadmodum enim judicium petitorum, ceu proprietatis occupatum est circa dominium, b. e. proprietatem l. in rem. 6. l. officium 9. ff. d. rei vindic. ita possessorum judicium circa possessionem alleg. textib. Vnde etiam Originem duxit diviso illa judicij in peritorium & possessorum Cram. disp. Inst. 25. th. 6. Et concessò quod quadam interdicta proprietatis causam contineant, tamen principaliter ad possessionem pertinent, & per consequentiam tantum adjunctam habent causam proprietatis ut dicit Donell. ad rubr. C. de interdict. n. 6. vel partim sunt de possessione parsim de proprietate Ortolph. Foman. disp. Inst. 33. th. 1. Hoc etiamsì admodum controvertitur anne interdicta etiam dentur in personam? Nos probamus illos qui volunt quod tantummodo in Rem, Dn. præcept. Forst. part. 2. tract. Justin. disp. 4. th. 1. lit. c.

VII.

An etiam recuperandæ possessionis? (a) Quod Cicero de Cæsare & Pompejo quondam dixit, se quem fugeret videre, quem autem sequeretur non, id nobis de hac re pronuntiare licebit; feudistarum siquidem aurigæ hic stant pro utraq;, nec hec sunt fundamenta facienda quibus innituntur.

B Comunem pro negativâ

gativâ allegat Schöner (b) cum tamen ipsi arrideat affirmativa (c) contra quem quid moveri possit, periclitabimur.

(a) Quale est interdictum unde vi, tum videlicet quando possessione suâ est spoliatus. Imò dicimus eo in casu etiam interdictum uti possideris competere, nec moramur Cujacium quantopere ïs reluctetur. Vultej. 1. feud. c. 1. n. 15. adserit quod hæc interdicta in Camera Imperiali vasallis etiam concedantur, quotidianam testatum facere experientiam, per c. 1. vers. si vero vasallus d. milit. vasali, qui contum. Notum enim est illud Lucij Crassi ad Philippum. Ego te consulem putem cum tu me non putas senatorem? & illud Domity Oratoris: Cur ego te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorem? Sic cur ego te habeam ut Domitium, cum tu me non ut vasallum? Cum frustra legis officium imploret qui peccat in leges c. frusta d. R. I. in 6. c. ex eo. eodem. (b) lib. 2. disp. feud. 1. th. 54. Zaf. in epit. feud. p. 7. n. 49. & p. 11. n. 23. Moz. d. nat. feud. c. 8. n. 8. Rosenth. c. 12. concl. 12. n. 13. suadet modestè tamen vasallum contra dominum bis interdictis uti debere. (c) quia cum dentur usufructuario qui saltem quasi possidet l. naturaliter 12. ff. d. acquir. possess. 1. 3. § fin. ff. d. vi. & vi arm. l. ult. ff. uti possid. multò magis dabuntur vasallo possidenti c. 1. § fin. d. nov. form. fidelit. per ea que tradit Everhard. de Middelburg. in loco à major.

II X.

Hæc de vasalli actionibus adversus Dominum: sequuntur Domini actiones adversus vasallum, quem æquè petitorijs ac possessorijs; & quidem illistam in Personam quam in Rem uti posse, citra scrupulum adserimus.

Zaf. p. 11. n. 23. Duaren. cap. 19. n. 6. Menoch. recup. poss. remed. 1. n. 87. Vultej. lib. 2. feud. c. 1. n. 22. Diff. Borch. c. 9. feudor. n. 25. & 26. per autores coloco allegatos.

IX. I

IX.

In Personam; Condictio caussâ datâ caussâ non sequâ; (a) Condictio ex Lege. In Rem; Rei vindicatio, (b) quæ domino competit tâm adversus tertium (c) possessorem, quâm vasallum qui feloniam (d) feudum amisit. (e)

(a) quâ utitur Dominus adversus vasallum servitia denegantem c. i. d. feud. sin. culp. non amittend. (b) in cuius locum etiam volunt Publicianam actionem poss. dari, suiciuntq; hanc suam opinionem ratione hac: quod videlicet intentans Publicianam actionem possit faciliter obtinere, quam si utatur Rei vindicatione. Sed hic se se offert nobis quaestio, cuius decisio non adeò videtur in proclivi posita: Num etiam præjudicialis actio que videtur in rem esse § præjudicialis Inst. d. act. competit Domino adversus eum, quem vasallum suum dicit, conventus vero negat, se ejusmodi conditionis hominem esse? Rem veritatis statera pensantes negativæ, quæ communis est, suffragium addimus. (c) c. i. § i. quid sit invest. (d) felonie vocabulum quidam à fallo: alij à Φήλομα deducunt ut Borch. & Cujac. Calvin, in lex. barbarum esse nomen dicit & in Gotorum aut Longobardorum labris ortum. Latinis significat idem quod Scelus. Germanicè Schelmstück. (e) arg. l. si hæres 73. in pr. st. ad Sctum Trebell. Venit in hanc actionem ipsum feudum in ea quantitate & qualitate, quâ vasallus & ejus majores id acceperunt; ideoq; si fendo aperto onera per vasallum sunt imposta, ea solvuntur c. i. s quid ergo de invest. d. realien. fact. Hart. Pst. lib. 2. quæst. 48. & 49.

X.

Possessoriæ actiones, uti sunt interdicta, competunt domino, (a) non tantum si ipse, à quocunq; etiam id fiat, turbetur, aut Civili suâ possessione spolietur, (b) sed etiam si vasallus ipse turbetur, vel dejiciatur, & agere vel non possit, vel nolit. (c)

B 2

(a) Ob

(a) Ob quasi possessionem, que est usus rei incorporalis arg. l. 10. in pr. ff. si serv. vind. l. 23. §. item eiff. ex quibus causis maj. quem Dominus ratione vasallagij & fidelitatis, nec non juris feudalis habet, & idcirco recte interdictis uti potest. arg. pr. Inst. d. interdict. & l. i. & 2. ff. cod. At inquit, Borch. c. 9. n. 25. non verum est, duos eandem rem in solidum posse possidere, alterum naturaliter alterum Civiliter l. 3. §. ex contrario d. acquir. poss. Cui respondet Niell. disp. feud. q. th. 3. Vultej. autem lib. 2. c. i. n. 22. vult. Borcholti sententiam eo in casu veram videri, quo vasallus cum domino concurrit (b) nempe utile uti possidetis interdictum adversus vasallum in quasi possessione juris turbantem Intrigl. q. feud. 19. n. 11. & 12. Item utile interdictum unde vi, si dominus dejectus quasi possessione percipiendi annum prestationem. Item ex Canone redintegranda causa 3. q. 1. contra vasallum homagium denegantem Menoch. remed. 15. recup. poss. n. 200. Item remedium utile, ex l. fin. C. de acquir. vel amittend. possess. quod est recuperandæ possessionis Menoch. remed. 14. n. 9. (c) arg. l. bona fides, incurrit hic ff. deposit. l. pen. & ult. ff. d. public. act. l. 1. §. proponitur autem ff. d. superficieb.

XII.

Tantum de membro disputationis primo videlicet actionibus: succedit alterum de Personis judicij feudalis, Quæ sunt principales vel accessoriæ. Principales (*a*) sunt litigantes vel judices. (*b*) Illæ actor & Reus: Hæcum lis est inter vasallos solos, vel inter Dominum & vasalum.

(a) quæ necessariò ad causæ tractationem requiri cur c. forus extr. d. V.S.
nec refert, sicut quidam ex his, sive omnes Laici vel Clerici Gail. i. observ.
37. n. 3. ubi ex Baldo inquit natura causæ trahit ad se Personam, non
persona naturam causæ Schoner. lib. 2. disp. feud. 2. th. 2. lit. C. (b)
tum primæ instantiæ tum Appellationis, si à Domino, aut paribus Curia
illa fiat, est proximus superior feudi judex, ut in subinfeudatione (quam
vasallo tam de jure veteri c. i. per quos fiat invest. c. i. d. Lege Cor-
rad. c. qualiter olim feud. pot. alien. quam de jure Novo c. i.
qualiter olim feud. pot. alien. c. Imperialem § callidis d. prohib.
feud. alien. per Frid. licet pactum, ne feudum alienare liceat in super-
... Prohibit. § 1. Prohibitione tñ postmodum est infirmata arg. l. f. C. additum
et nob. nient non aven. tñ, qd. qd. mali infirmata re transfor. domini in arg. l. i. f. in g. l.
et ubi in arg. l. a. propositum dñs, ita est. difficitur arg. l. l. a. f. q. d. Alij. h. i. in e dno
obstante dñs. 2. redacta seruicia promulgatio, qd. su. ante bon. fact. et commode truine mpt.
autoris decret. fact. of. mpt. inter. inter. p. t. f. t.
Tunc allegat d. collati. qd. cum. 2. in p. 1. 2. a. enas arg. c. i. r. f. g. i. b. Coexeg.
3. Non dñt alteri per alterum magna modis infirmi. s. b. s. f. i. ga. immixt. dñ. ob.

*huc postum hoc additum sit, cum FF. comm. concedendam putamus) vasalli Dominus inter-
medius non superior cognoscit.*

XII.

Silis inter vasallos solos, tunc vel sunt Capitanei, vel Valvasores. Inter Capitaneos solus Imperator est Judex competens. (a) Vacante autem Imperio Romano, tantum abest ut ad Pontificem Romanum cognitionem causatum feudalium spectare arbitremur, ut potius, nihil magis à ratione alienum traditum fuisse à juris Pontificij interpretibus (b) quam hoc, contendamus. (c)

(a) c. i. in pr. apud quem vel quos controvers. feud. defin. e. i. in pr. d. Leg. Corrad. *Magne enim causae, magnos judices requirunt* text, sing. in l. non distinguemus §. de liberali ff. de recept. arbitr. Gail. i. observ. 29, n. 1. & 2. (b) per c. licet ex suscepto ubi Panormitan. & Dd. extr. de for. competent Bart. in l. naturaliter s. ff. d. usucap. (c) *Quia expressè cautum est in aurea Bulla Carol. iv. Imper. Rom. sub rubr. von Rechten des Pfalzgraven/ vnd Herzogen zu Sachsen / quod vacante Imperio Romano, Comes Palatinus Rheni, atq; Saxonie Dux, vices Imper. Rom. in omnibus & per omnia sustinere debeant, exceptis tantum feudis regalibus Imperij Romani que Fahnlehen vocantur, quod negotia feudi regalia spectantia, Imperatori futuro reservari debeant.* Schrad, p. 10. sect. 3. n. 175. & seq.

XIII.

Si lis inter Valvasores, (a) Dominus feudi est Judex competens; id quod procedit regulariter. Nam interdum etiam ad judicem Ordinarium controversia devolvitur (b) Imò potest Dominus consentire ut controversia inter suos vasallos coram alio judice tractetur. (c)

(a) *nec distinctio facienda inter Clericos & Laicos per text. in c. extra transmissa de for. compet.* Multò minus audiendi ī qui volunt pensi habendum, coactus an spontē Dominus vasallum investierit, priorem tan-

quam suspectum relusandum suadentes. (b) si videlicet contrarium
cautum sit; pacto investiture cap. i. § fin. & ibi Dd. d. success. feud.
cap. i. § præterea quid sit invest. cap. i. §. fin. per quos fiat in-
vest. Principis superioris constitutione Schrader. part. 10. sect. 2.
n. 43. Si alteruter litigantium se illius Domini vasallum inficietur cap. i.
§. pen. de prohib. feud. alien. per Frider. Goedd. disp. feud. ii.
thel. 5. Si dominus feudi justitiam administrare negligat cap. i. in fin.
d. milit. vasall. qui contum. (c) ut judicet in cuius jurisdictio à
vasallis est prorogata. Quod an tacitè fieri possit sane dubium est? Nos
affirmamus. Sed quid de communi Dd. sententiâ qui volunt arg. l. unic.
C. quand. imper. inter. pupill. &c vid. viduas, pupilos, & alias
miserabiles personas pro arbitrio posse adire vel Dominum feudi, vel Ordinari-
um loci? Et subscribere non possumus cum usus & veritas recla-
ment.

XIV.

Si lis agatur inter Dominum & vasallum pares Cu-
riæ (a) judices sunt. Non tamen judicant, si corum te-
stimonio opus sit: (b) si ex rationabili causa suspecti:
(c) si fidelitatis juramentum non præstiterint: (d) sed
judex Ordinarius.

(a) Inter FF. non convenit quinam in jure feudali propriè sint & dia-
cantur pares Curia? pro nobis respondet cap. i. §. testes si d. feud. in-
ter Domin. & vasall. lis oriatur. Nec resert illi sint ejusdem qua-
litatis, dignitatis vel conditionis cuius est iste vasallus qui litigat, nec ne-
sic docet Sonsbec. p. 14. n. 3. Nec notatio vera quod pares dicantur,
quod à partibus pariter elegantur. Anne secundum Menoch. rem.
recup. 3. n. 346. paribus curia tantum de honestate cognitio desertur?
de necessitate. (b) Vultejus lib. 2. cap. 2. n. 36. Borch, c. 10.
n. 12. (c) Menoch. rem. 3. retin. pols. n. 440. non quidem
ipso jure, sed ope recusationis, juxta l. qui etiam 6. de arbitr. l. in-
privatis 77. de judic. cap. inter monasterium extr. d. sent.
& re judic. (d) cap. i. § fin. de contr. apud par. termin.
§ pen.

§. pen. d. prohib. feud. alien. per Frider. Schrad. part. 10,
sect. 6. num. 206. & sequunt. tripliciter hoc restringit.

XV.

Visis Actionibus & Personis; sequitur tertio de
Processu paucis agamus; Ubi præmunitioñis loco non
ignorare decet, hunc in quibusdam cum jure Civi-
li concordare (a) in quibusdam discordare.

(a) Et tunc Ordo iure Communi prescriptus instar filii Ariadnei se-
quendus cap. 1. vers. strenuus d. feud. cognit. Gail. 1. observ.
1. num. 55. & libr. 2. observation. 165. nisi si quā parte sit secundū
sit receptum consuetudine Duaren. d. feud. cap. 21. n.s. Quod in hoc
Electoratu Saxonico, usq; eò procedit, ut constitutione peculiari et
iam processus juris Saxonici, de quo est art. 65. & art. 68. Landt-
recht abrogatus sit part. 1. constit. 27. Dn. præceptor Hirsbach.
disput. feud. II. thes. 2. lit. b. Sed nunquid haec constitutio ad ter-
ras, que Electori subjectae non sunt, extendi debet? quod ex Schra-
der. d. feud. p. 10. sect. 17. n. 26. negandum putamus. Hinc sit,
ut nihil aliud iurū in litis contestatione hic observeatur, quam de jure
communi constitutum, ut videlicet illa in tantum requiratur, ut e-
ius omissione ipsum etiam processum reddat nullum arg. I. unic. C. d.
lit. contest. I. amplius ff. rem rat. I. probatam haber. C. de sent.
om. jud. Mynsing. cent. 1. observ.

XVI.

Concordat inter alia etiam quoad in jure vocatio-
nem, (a) quā ad instantiam Domini conquerentis vasal-
lus, se ad excusandum coram Curiā vocatur, (b) qui si
post trinam citationem factam non venerit (c) annūsq;
intra cuius spatiū possessionem recuperare noluerit,
clapsus,

elapsus, facultas seniori in possessionem feudi conceditur. (d)

(a) Omnim actionum instituendarum initium proficiscitur ab ea parte que est de in jus vocatione inquit Justin. in § fin. Inst. d. pœn. tem. litig. Hinc illud investigari solet, sit ne initium judicij litis contestationi; an vero citationi adscribendum? Prius affirmant Dd. communiter adeo ut litis contestationem lapidem angularem totius judicij dicant Bald. in c. i. col. i. d. lit. contest. Mynsing. cent. i. obser. i. n. i. Posterior placet Domino Arum. in prælect. process. membro prim. d. citat. in pr. Et rectè. Innuunt enim hoc ipsi Pandectarum compilatores, dum titulis de Magistratibus & jurisdictione, immediate subjecerunt titulum de in jus vocando, sicut notat Ja. Disterm. 1. 1. son. in rubric. d. in jus vocand. Nec rationem hanc infringeantur, quod contrarium sentientes de serie titulorum codicis adserunt. Nam ut omittam Reinald. i. indag. 2. Donell. ad rubric. C. d. in jus vocand. & aliorum responsiones, certum est: edere actionem nihil aliud esse, quam petitionem suam adversario indicare eis, exponere, quid ab ipso petat, dari fieri velit actor. l. i. ff. d. edend. Id autem fieri nequit nisi prius citetur, cum quo judicio certandum est § fin. Inst. d. pœn. tem. litig. E. rectè præcedit tit. d. in jus vocand. in ff. E. rectè ab eo argumentamur. Imò posito effectu ponitur causa l. illud ff. d. acquir. hæred. rem non novam C. d. judic. At citatione secundum plures ponuntur judiciales effectus Grabiel. lib. i. tit. d. citat. concl. 3. E. ut judicium ponatur necessum est. Deinde sine quo judicium constare nequit, ut ejusdem pars id sit, oportet. At sine citatione judicium constare nequit l. i. ff. quæ sent. fin. adpellat. rescind. clem. pastoralis d. re judic. E. ejusdem pars sit necessum est, non media, non ultima. E. prima. Tandem quis non videt, si à litis contestatione inciperet judicium, quod ante eandem non possit esse judex, non actor, non reus, quæ personæ judicium constituant cap. fortis vers. in omni ff. d. V. S. Verum meridianâ luce clarissimum est, per citationem constare, à quo citetur Reus, & ad quem judicem. E. citationi, non litis contestationi initium judicij adscribendum Arum. d. loco ubi latè contraria sententia fundamenta convellit. An autem citatione à Principe vel p. omitti

pā omitti possit ex plenitudine potestatis, non minus elegans quam utilis
est questio? Quicquid alijs arrideat, nobis omnino pro negativā standum
videtur. (b) hunc senior vocare potest in jus, sine speciali venia Im-
petratiōne. an etiam contra? Mynsing. cent. 4. obser. 92. n. 2. di-
cit, quod in Acad. Friburg. Brissaudiæ pro negativā pugnārit tan-
quam pro navibus Ajax, sed n. 6. contrariam sententiam magis rece-
ptam, rationib⁹, sumioribus defendi posse affirmat, & hanc verissimam
sibi videri scribit Vultej. lib. 1. discept. c. 1. quos etiam sequitur Dn.
præceptor Hirschbach. disp. feud. 11. th. 3. lit. b. (c) An sicut ita impunita est tribulata; sed
injure civili una pro tribus sufficit citatio. l. peremptorium 68. ff. d.
judic. ita etiam in jure feudali? Schrad. p. 10. sect. 8. n. 85. ternans
requirit citationem. Quid, si vasallus à domino semel citatus, se nolle
venire dixerit, rursusne citari debet? Negat hoc Rosenth. c. 10.
concl. 26. (d) tex. in c. un. d. milit. vasall. qui contum. l. si
quis emptionis §. pen. C. d. præscript. 30. annor.

XVII.

In jus ita vocatus coram paribus Curiæ, vel Domi-
no feudi, alijsq; judicibus reconventionem (a) institu-
ere potest. An etiam extra causas feudales? Negan-
tium sententia, ut in puncto juris verior (b) ita in Ca-
merā Imperiali usitator.

- (a) quæ etiam est actio, l. nihil aliud §1. ff. d. oblig. & Act.
(b) Christoph. Schwanemann. d. process. Cameral. c. 67. n. 3.
(c) Mynsing. cent. 4. obser. 90. Et cum hac distinctione accipien-
dum est, quod simpliciter scribit Gail. lib. 1. obser. 1. n. pen. Com-
munemq; hanc adserit Gisebert. tr. d. reconvent. c. 26. n. 12.

XVIII.

Discordat Processus feudalis à jure Communi
proinde in hoc: ut non juramentum calumniæ, litis
contestatione factâ, sicut in civilibus, (a) ita quoque
præstetur in feudalibus. (b)

- (a) l. jusjurandum 34. §. qui jusjurandum 4. ff. de jure-
jurand. t.t. C. de juram. Calum. N. 124. §. illo utiq; generali-
ter, quod nec in causis summaris remissum est. l. rem non novam
et in pr. & §. patroni C. de judic. l. 2. §. sed quia & §. licet ex

C

Compro-

compromisso C. de juram. Calum. In Camera tamen illud non
obseruari iustū est. Gail. I. obser. 42. n. 4. Nec jure Saxonico atten-
ditur. Hat der End für gefehrde nicht stat. vnd weis der Sach-
se nichts davon. Schneid. in s. I. Inst. d. pœn. tem. litig. (b)
quod exaudiendum tam respectu Vasalli quam Domini c. unic. §. in
quibus d. consuet. rect. feud. Quod ab illo non prestandum, docet
proter hunc textum. l. 84. ff. de jurejurand. l. 16. l. 7. §. nec defe-
rentes d. obseq. parentib. Quod nec ab hoc d. §. in quibus vers.
quod quisq; l. 3. ff. quod quisq; jur. An vero ille falso Vasallus
qui fidelitatem Domino non juravit, potest cogi ad jurandum de calum-
nia? Negativam veriorem putat Vultej. lib. 2. c. 3. n. 6. Quid si
pars altera velit prestare hoc juramentum Calumnia, anne cum coger-
tur & altera? Negat Vultej. lib. 2. de feud. c. 3. n. 7.

anil 29. lesson 1. 2 (b) XIX.

Probationes quæ fiunt per testes, non recipiuntur,
nisi testes fuerint masculi. Fœmina enim jure feudaliter
testis esse prohibetur. (a) Et quidew investitura Novi
feudi non probatur nisi per pares, (b) vel breve testa-
tum ab ijs confirmatum. (c) Felonia commissa non
nisi quinq; testibus existimationis integræ. (d)

(a) c. unic. quicunque sint necessari, ad nov. §. de veteri. Cum
alitas fœmina à publicis officijs removeantur. I. fœminæ ubi latè Dec.
ff. d. R. I. l. 1. ff. ad SCtum Vultej. forsas ideo quia non tantum ex
Sacris; sed etiam prophanis historijs constat de mulierum infirmo judi-
cio, imò ut plurimum perfidia; nimurum Jezabelis. I. Reg. 16. Deo
IIIæ jud. 16. v. 18. Athaliaæ 4. Reg. 8. Si jure Longobardum à qui-
bus feudorum mores deducimus, fœmina in perpetuâ tutela erant. Alex,
ab Alexandr. lib. 4. gen. dier. c. 8. Vnde omnes indistincte fœminas
ab Imperij Majestate arcet Bodinus 6. de Repub. 5. n. 739. Sed
haec omnia cum grano salis accipienda esse inculcat Dec. d. loc. Coras.
lib. 2. miscellan. c. 22. Illustris enim fœmina, non tantum potest testi-
monium perhibere, sed etiam feodium dare, imò ad gubernacula Rei-
pub. admitti. Schneid. p. 9. feud. n. 2. Et cur non? Est enim virtutum
capax. Si non, fieri vel quæ homo, vel quæ fœmina. Non quæ homo. Nam
omnis homo natura aptus ad virtutem, Quis autem unquam fœminam
negariet

negavit hominem? vere fallitur. *Cosac.* lib. 6. obseru& & scip.
Gentil. 1. parerg. 3. qui iCtō feminam esse hominem, negant per h.
si quis 38. s. qui abortionis st. de pœn. Imo sic nec masculi virtutem
assequi possent. *Homines enim sunt & illi.* Vide ipsius ergo quod mulier
non qua homo excludatur à virtutum actione. *Nec quia feminæ.* Quia si
non virtutis ad eam actio, solum virtutis spectabit, quod absurdum. *Imo*
sic omnes à virtutum actione essent remotissima. At non sunt, quod pro-
bat exemplum Debora Jud. 4. Semiramidis Diodor, lib. 2. c. 9.
Elisabethæ Reginæ Angliae Casus lib. 1. pol. 3. Hoc cum ita sint
non simpliciter sunt accipiendi allegat. text. nempe d. c. unic. qui
test. sint necess. d. l. 2. d. R. I. d. l. 1. ff. ad Sctum Vultej. (b)
minimum duos c. unic. quid sic invest. c. 1. 5. 1. de nati. feud. c. 1.
d. consuetud. rect. feud. (c) c. 1. qui test. sint necess. c. 1. 5. idcirco
d. nat. feud. Vultej. lib. 2. c. 3. n. 16. (d) c. 1. quot testes sint
necess. Zas. part. 10. n. 108. ubi vindicat hunc ex ab injuria gloss.
que vult cum nimis apocryphum.

XX.

Actore quoque non probante (a) reus non absol-
vitur, nisi possidens juret, vel juramentum referat. Ju-
rant autem litigantes interdum soli, interdum cum
sacramentalibus. (b) A qua ratione adscendorum
sacramentalium recessum esse testis est Vultej. 2. feud.
3. n. 20.

(a) *Inter probationum genera antiquissimus temporibus Longobardo-*
rum referebatur Monomachia, que ad exemplum Davidis excogitata.
Sam. 16. Item purgatio vulgaris, que fiebat per flammarum Philipp.
Commin. lib. 8. hist. Gall. c. 19. per aquam ferventem & gelidam
Iohan. Avent. lib. 4. in annalib. Bojor. per sortes, per corpus
Domini Iohan. Tritem. in Chron. c. 15. per ferrum candens Cam:
2. maeth. hist. 18. Sed cum hac explorationum genera ad divinæ poten-
tia tentamenta, vergant; ideo recte reprobata c. 1. & 2. ext. de cler. pu-
gnant, in duell. c. 1. & 2. de purg. vulgar. Jacob. Martin. refutans
Scribon. in qq. illust. cent. 5. disp. 8. q. 10. (b) c. 1. si invest.

feud.

38 38



feud, contr. fuer. c. i. d, content. inter dom. & fidel. c. i. de usu
Mediolanensi De jure Saxon. Si dominus dicat, se investituram non
fecisse: Soll er es beweisen mit seinem Ebenbürtigem Lehnmann
lib. n. Landrecht art. 25.

SOLI DEO SIT LAUS
& sempiterna gloria.

Wittenberg, Diss., 1587-1612



Sb

V017

Retrokatalog



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



31.
45-